Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26260
Copyright: Admont, Benediktinerstift



paciencie ⁊ caritatis latitudinem secundum legis doctrinam conseruat. ¶ Tres hi cubitos in altitudine. hoc est fide. spem. ⁊ caritatem.

Cornua autem quinque. angulos ex ipso erant ⁊ opies illud erat. De his cornibus legitur in libris regum ioab unum apprehendisse cum qreret asalemone ad occidendum. Quid ergo quid ligna altaris tanto igne uicino inconbusta permanere potuerunt si beati ieronimi de hac questione talis extat solucio quod altaris ligna quod de lignis paradysi sunt non cremantur igne uicino sed puriora reddunt. Nec mirum hoc de secuario ⁊ interioribus templi ⁊ altare thymiamatis cum aliis amitton ligni genere tilium habens in se similitudinem quanto plus arserit tanto mundius inuenietur. Angulum. iii. demonstrant iiii. orbis partibus ecclam fundatam. Cornua iiii. sunt. munimenta uirtutum. i. iustitie. prudentie. fortitudinis. ⁊ temperantie.

Aere uestitur quod est durabile ⁊ sonoro. et quo omnium adversariorum i. inmundorum spirituum. paganorum iudeorum. hereticorum. falsorum firmum impulsus firma stabilitate superant. et quo sonoritatem euangelice predicationis totum per palatum in orbem. ¶ Faciesque in usus ei lebetes ad suscipiendos cineres ⁊ forcipes atque fuscinulas & igniuum receptacula omnia uasa ex ere fabricabis. Lebetes enim sunt gregorio sermone uocate sunt. ii. maiores olle in usum coquendi parate. hic tamen legunt facere ad suscipiendos cineres et foras e castris deportandos.

Lebetes sunt corda sancta. Cineres consummatio labor quia suus in cordibus occultantes non laudi humane ostentantes fidelium seruant. donec summum sacerdos induatur aliis uestibus secundum leuticum ⁊ eos effundat in locum mundissimum ubi cineres ipsi consummentur. i. donec. ex. secundum euangelium pingat se. ⁊ transiens ministrat eis. hoc est preparat se ad retributionem reddendam ⁊ constituat eos in regno eterno ubi secundum iohm non sit clamor neque luctus neque ullus dolor